

## CERTIFICAZIONE COMPETENZE LINGUA LATINA ANNO 2017

### PROVA B2

#### TESTO

01 *Clitus erat qui apud Granicum amnem nudo capite Alexandrum dimicantem clipeo suo textit,*  
02 *vetus Philippi miles multisque bellicis operibus clarus. Ob has causas validissimam imperii*  
03 *partem fidei eius tutelaeque Alexander commisit. Itaque adhibetur convivio in quo rex, cum*  
04 *multo incaluisset\* mero, inmodicus aestimator sui celebrare quae gesserat coepit. Silentium*  
05 *tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus\*\* obterere nobilem apud Chaeroneam*  
06 *victoriam sui operis fuisse Alexander iactavit, ademptamque sibi malignitate et invidia patris*  
07 *tantae rei gloriam. Haec et his similia laeti audierunt iuvenes; ingrata senioribus erant, maxime*  
08 *propter Philippum, sub quo diutius vixerant. Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, declarat*  
09 *male insituisse Graecos, quod tropaeis regum nomina inscriberent: alieno enim sanguine par-*  
10 *tam gloriam intercipi. Hinc inter iuniores senesque orta contentio est; et rex ingentem iram*  
11 *conceperat. Clitus ad ultimum: "Si moriendum", inquit, "est pro te, Clitus est primus; at cum*  
12 *Philippi milites spernis, oblitus es sine nobis adhuc circa litora Asiae haesurum te fuisse".*  
13 *Dolorem rex pressit, contentus iussisse ut convivio excederet. At tantum irae conceperat,*  
14 *quantum vix sobrius ferre potuisset. Itaque procurrit in regiae vestibulum et vigili excubanti*  
15 *hasta ablata, constitit in aditu quo necesse erat his qui simul cenaverant egredi. Abierant ceteri,*  
16 *Clitus ultimus sine lumine exibat. Quem rex, quisnam esset, interrogat; et ille Clitum esse et de*  
17 *convivio exire respondit. Haec dicentis latus hasta Alexander transfixit, morientisque sanguine*  
18 *adpersus: "I nunc", inquit, "ad Philippum!"*

\* da *incalescere* (= 'infiammarsi, alterarsi')

\*\* da *ordior* (= 'incominciare')

## Esercizio 1 - Comprensione

Scegli il riassunto che ti sembra più adatto a sintetizzare il racconto proposto

1. In un banchetto dove scorre troppo vino, Clito denigra l'apporto delle truppe di Filippo alle vittorie di Alessandro, e provoca l'ira del re, che non avrebbe potuto trattenerla nemmeno da sobrio
2. In un banchetto dove scorre troppo vino, Clito denigra l'apporto delle truppe di Filippo alle vittorie di Alessandro, e provoca così l'ira del re, che la trattiene solo fintanto che è sobrio
3. In un banchetto dove scorre troppo vino, Clito ricorda l'apporto delle truppe di Filippo alle vittorie di Alessandro, e provoca così l'ira del re, che non avrebbe potuto trattenerla nemmeno da sobrio
4. In un banchetto dove scorre troppo vino, Clito ricorda l'apporto delle truppe di Filippo alle vittorie di Alessandro, e provoca così l'ira del re, che la trattiene solo fintanto che è sobrio

## Esercizio 2 – Lessico

Rispondi alle seguenti domande, mettendo una crocetta sulla possibilità che ritieni giusta

- 1) Il sostantivo *tutela* (r. 3 *tutelae*) qui significa:
  - sostegno
  - riparo
  - arbitrio
  - autorità
- 2) Il verbo *adhibēre* (r. 3 *adhibetur*) qui significa:
  - invitare
  - riservare
  - adibire
  - applicare
- 3) Il verbo *obterere* (r. 5) qui significa:
  - calpestare
  - erodere
  - screditare
  - consumare
- 4) Il verbo *iactare* (r. 6 *iactavit*) qui significa:
  - gettare
  - vantare
  - menzionare
  - ricordare
- 5) Il verbo *intercipere* (r. 10 *intercipi*) qui significa:
  - intercettare
  - sorprendere
  - interrompere
  - sottrarre
- 6) Il verbo *haerēre* (r. 12 *haesurum*) qui significa:
  - aderire
  - restare fermo
  - restare attaccato
  - esitare
- 7) Il verbo *ferre* (r. 14) qui significa:

- arrecare
  - riferire
  - manifestare
  - reprimere
- 8) Il verbo *excubare* (r. 14 *excubanti*) qui significa
- giacere all'esterno
  - dormire all'esterno
  - stare all'esterno
  - fare la guardia all'esterno

### Esercizio 3 – Elementi di coesione

Rispondi alle seguenti domande, mettendo una crocetta sulla possibilità che ritieni giusta

1. *eius* (r. 3) si riferisce a:
  - *miles*
  - *Alexander*
  - *Clitus*
  - *Philippus*
2. *sui* (r. 4) si riferisce a:
  - *merum*
  - *Alexander*
  - *Clitus*
  - *Philippus*
3. *sui* (r. 6) si riferisce a:
  - *Alexander*
  - *Chaeronea*
  - *Philippus*
  - *seniores*
4. *quod* (r. 9) è qui:
  - pronome relativo
  - pronome indefinito
  - congiunzione causale
  - congiunzione dichiarativa
5. *alieno* (r. 9) si riferisce a:
  - i nemici
  - i soldati Macedoni
  - i contingenti ausiliari
  - i contingenti non Greci dell'esercito di Alessandro
6. *hinc* (r. 10) è un connettivo:
  - causale
  - conclusivo
  - spaziale
  - temporale
7. *adhuc* (r. 12) costituisce un nesso:
  - avversativo
  - causale
  - conclusivo
  - temporale

8. *itaque* (r.14) è un connettivo:

- avversativo
- causale
- comparativo
- temporale

#### Esercizio 4 - Vero o falso?

Compila la griglia sottostante, indicando se le seguenti affermazioni ti sembrano vere o false

- 1 Cum in convivio Alexander claras res a se gestas recordaretur, nonnullis immodice loqui rex videbatur, inter quos erat Clitus.
- 2 Clito maxima pars imperii commissa erat, non tantum quia Alexander ei maxime confidebat, sed etiam quod vetus Philippi miles clarus fuerat.
- 3 Alexandro victoriam Chaeroneae propter malignitatem a patre ademptam esse, sicut ille aiebat, iuvenibus militibus verisimile videbatur: ei enim fidem tribuebant atque eius sermonibus gaudebant.
- 4 Dum Alexander loquitur seniores tacebant, maxime cum de Philippi claris rebus gestis ageretur.
- 5 Clitus Graecos non erravisse existimabat, quod regum nominibus honorem tribuerent, quorum sanguine plerasque victorias consecuti essent.
- 6 Cum Cliti verba tantam iram in animo Alexandri excitavissent, tamen ille, quamvis satis sobrius iam non esset, diu ferre potuit.
- 7 Clitus, cum e convivio exiret, nihil sibi timendum ab Alexandro suspicabatur.
- 8 Alexander primo impetu irae Clitum occidit, nullis insidiis paratis.

1=  
5=

2=  
6=

3=  
7=

4=  
8=

#### Esercizio 5 – Parafrasi

Compila la griglia sottostante, associando lettere e numeri; ricorda che uno spazio è da lasciare vuoto

*Clitus, qui Alexandrum, cum ille .....A..... in pugna apud Granicum certaret, clipeo suo tegens servaverat, iam in Philippi exercitu miles rebus gestis clarissimus erat, quibus causis ei imperii maximae partis tutela a rege commissa erat, atque .....B..... aderat. Hīc Alexander, qui iam temulentus erat, .....C..... sua egregia facinora immodice iactare coepit. Haec seniores taciti audiebant. ....D..... Alexander patris res gestas imminuere orsus est, sibi apud Chaeroneam claram victoriam .....E....., quam propter invidiam ac proterviam Philippus suam .....F..... Haec verba valde iuvenes iuvabant, senioribus autem odiosa erant, qui sub Philippo magnam partem vitae egerant. Tunc Clitus, qui .....G..... ipse quoque iam non erat, clara voce affirmat Graecos malum consilium cepisse quod tantum regum nomina in tropaeis .....H..... statuissent, cum hoc modo militibus gloriam adimerent, quorum sanguine victorias .....I..... Qua re iuniores senesque inter se contendere coeperunt ac simul Alexander ira exarsit. Tandem Clitus .....K..... se primum futurum esse, si pro Alexandro moriendum esset, sed illum, cum Philippi militum mentionem .....L....., oblitum esse se sine illis .....M..... in ora Asiatica futurum fuisse. Rex, cum indignationem aegre cohiberet, imperare satis tamen habuit ut ille exiret. Sed tam iratus erat ut animi motum compescere non posset, .....N..... sobrius esset. Nam in vestibulum cucurrit, .....O..... convivis*

*egrediendum erat, et custodis hastam arripuit. Cum omnes convivium .....P....., Clitus in vestibuli latebras ultimus venit nec lumen secum afferebat, ex quo Alexander quis esset quaesivit; cum se Clitum esse de convivio exeuntem ille responderet, rex eius latus transfixit et cruentus eum ad Philippum .....Q..... misit.*

01. adiunxit

04. adepti essent

07. irridens

10. non fecisse

13. sine galea

02. adposito convivio

05. etiam tum

08. mentitus esset

11. qua

14. sobrius

03. at postea

06. inscribenda

09. ne si quidem

12. reliquissent

15. vindicans

A=

B=

C=

D=

E=

F=

G=

H=

I=

K=

L=

M=

N=

O=

P=

Q=

### Esercizio 6 - Trasformazioni

Completa le frasi sottostante, trasformando opportunamente i costrutti sintattici:

1. *Itaque adhibetur convivio in quo rex, cum multo incaluisset mero, inmodicus aestimator sui celebrare quae gesserat coepit.*

- Itaque adhibetur convivio in quo rex, qui multo ..... mero, inmodicus aestimator sui celebrare quae gesserat coepit

2. *Silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere [...] Alexander iactavit ademptam sibi malignitate et invidia patris tantae rei gloriam.*

- Silentium tamen habuere seniores, donec Philippi res Alexander obterere coepit. Nam ille declaravit: “ ..... ”

3. *[Clitus] declarat male instituisse Graecos, quod tropaeis regum nomina inscriberent: alieno enim sanguine partam gloriam intercipi. Hinc inter iuniores senesque orta contentio est.*

- Inter iuniores senesque orta contentio est, audientes Clitum ..... male instituisse Graecos, quod tropaeis regum nomina inscriberent: alieno enim sanguine partam gloriam intercipi.

4. *Itaque [Alexander] procurrit in regiae vestibulum et vigili excubanti hasta ablata, constitit in aditu.*

Alexander procurrit in regiae vestibulum et, cum vigili excubanti hastam ..... constitit in aditu.

5. *Itaque [Alexander] procurrit in regiae vestibulum et vigili excubanti hasta ablata, constitit in aditu.*

Itaque [Alexander] procurrit in regiae vestibulum et, vigili qui ..... hasta ablata, constitit in aditu.

6. *Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exibat.*

- Postquam ceteri ....., Clitus ultimus sine lumine exiit.

7. *Haec dicentis latus hasta Alexander transfixit, morientisque sanguine adpersus: "I nunc", inquit, "ad Philippum!"*.

- Haec dicentis latus hasta Alexander transfixit, atque ..... qui moriebatur sanguine adpersus: "I nunc", inquit, "ad Philippum!"

8. *Haec dicentis latus hasta Alexander transfixit.*

- Dum Clitus haec ....., eius latus hasta Alexander transfixit.

### **Esercizio 7 - Traduzione**

**Traduci questo passo, in cui il narratore descrive le conseguenze del gesto compiuto da Alessandro**

*At rex, postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera aestimatione perspexit. Videbat tunc inmodica libertate abusum esse, et egregium bello virum et servatorem sui occisum. Detestabile carnificis ministerium occupaverat, verborum licentiam, quae vino poterat inputari, nefanda caede ultus. Manabat toto vestibulo cruor paulo ante convivae; vigiles attoniti et stupentibus similes procul stabant. Ergo hastam ex corpore iacentis evulsam retorsit in se; iamque admoverat pectori, cum advolant vigiles et e manibus extorquent. Ille humi prostraverat corpus, gemitu eiulatuque\* miserabili tota personans regia; laniare deinde os unguibus et circumstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur. Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos: neminem cum ipso sociare sermonem\*\* postea ausurum; sibi vivendum esse in solitudine, velut ferae bestiae, terrenti alias, alias timenti.*

\* *eiulatus*, un grido di lamento (parola onomatopeica)

\*\* *sociare sermonem*, "conversare"

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

**Esercizio 8 – Competenza produttiva**

*Qui hanc imaginem pinxit, recte necem Cliti tibi videtur pinxisse, an non? Responde non minus quam quindecim verbis.*

